

lico, ac Societati nostræ perinensus. Ubi adventare Jesuitas audivit, vociferatur perdendos homines improbissimos, busta pietatis ac religionis. Argallus contra nitebatur, seque vivo nihil molestiæ damnive Patribus inferendum affirmabat: hanc enim ipsis dederat fidem; & regium diploma, cujus auctoritate colonia Gallica in Novam Franciam deducebatur, protulit. Hoc diplomate inflammatus homo iuriosus, exturbandos è Nova Francia Gallos clamat. In hanc sententiam Angli procures iverunt. Jubetur Argallus viam remetiri; Gallos, quicumque superessent, ejicere, domicilia evertere, & æquare solo. Rediit: arces in ora Canadensi extructas incendit, omnia delevit, ac naves duas in Regio Portu deprehenfas, invasit.